

Nam .et qui gratificantur cuiuspiam qd̄ oblit illi
cui prodesse uelle uideantur: nō benefici
neq; liberales sed perniciosi assentatores
iudicandi sunt: & qui aliis nocēt ut in ali-
os liberales sint in eadē sunt iniusticia ut
si in suā rem alienā conuertant

Nullū enim officiū referenda gratia magis
necessariū est: q̄ si ea que acceperis utenda
maiore mensura si modo possis iubet red-
dere hesiodus: quid nam beneficio prouo-
cati facere debemus: An non imitari agros
fertiles qui multo plus afferūt q̄ acceperūt.

Qua exre satis percipitur ut quicquid sine de-
trimento possit comodari id tribuatur cuius
uel ignoto: ex q̄ sunt illa communia nō pro-
hibere aquā profluentē: pati ab igne ignē
capere: Siquid uelit consiliū fidele delibe-
ranti dare: que sunt utilia qui accipiunt
danti non molesta.

Sed omniū societatiū nulla prastantior est nul-
la firmitior q̄ cum uiri boni moribus similes
sunt familiaritate coniuncti.

Nihil aut̄ est amabilius nec copulatius q̄
morum similitudo bonorum